

LA MISIÓN DEL IMPERIO ESPAÑOL EN
UNA CARTA POLÍTICA DEL SIGLO XVI

(Conclusión.)

22. Si autem non tenueris, spoliaberis sicut Aaron (Num., 20 ex 25) et alius induet gloriam tuam et tenebit nomen tuum. Transferret Deus gloriam tuam (1 Reg., 4, 22; Joan, 11, 48) sicut gloriam Israel in gentes transtulit. Non ergo erit sic mater mea: quoniam Rex tuus bonus et iustus est et filius eius a Deo electus. Oportet enim praedicare (Matth., 24, 14) Evangelium Domini Dei Nostri Redemptoris Iesu Christi in universo Orbe, in testimonium omnibus gentibus antequam consummatio veniat. Ad hoc igitur (O Hispanae) fecit te Dominus Deus Japhet dilatatum et induit tibi nomen suum et Ecclesiae Suae Sanctae per Orbem diffusae. Quod si haec non faceres, tale nomen non merereris neque Ecclesiam sponsam Christi Domini fratris tui (Psalm. 21, 23; Hebr., 2, 12; Joan, 20, 17) haberes in tuam ut suscites semen (Deut., 25, 5) fratris praemortui in ea; et sic faceres contra Spiritum Legis Dei; et esses repudiatus ab ea (Ruth, 4) et sine possessione de-

22. Si no lo mantuvieres serás despojado como Aarón (capítulo XX, desde el versículo 25) y otro vestirá tu gloria y tendrá tu título. Dios pondrá tu gloria en otro (1.º Reyes, 4, 22; Juan, 11, 48), como puso la gloria de Israel en los gentiles. Por consiguiente, no lo hará así mi patria por que tu rey es bueno y justo, e hijo suyo por Dios escogido. Porque conviene predicar (Mateo, 14, 14) el Evangelio de Dios Nuestro Señor, Cristo Jesús Redentor a todo el mundo, en testimonio para todas las naciones antes que venga el fin. Para esto, pues, ¡oh, español!, hizo de ti el Señor Dios el nuevo Jafet dilatado y te vistió su nombre y el de su Iglesia Santa esparcida por el mundo. Y si esto no hicieres, no merecerías semejante nombre, ni tendrías a la Iglesia, Esposa de Cristo Señor, tu hermano (Salmo 21, 23; Hebreos, 2, 12; Juan, 20, 17) como tuya, para levantar en ella el linaje de tu hermano premuerto (Deuteronomio, 25, 5); y de esta manera irías contra el espíritu de la ley

lectus, inhonoratus per mundum.

23. *Absit ergo a te, quia rara (sic) et spetiosa est nomen tuum. Offer Domino Deo Nostro (1. Esdr., 6, 10; 1 Timo., 2, 2) cotidianas oblationes pro Rege nostro Philippo magno et filio eius ut praeceptum est tibi a Domino, specificè in exemplo minoris. Non ergo timeas perfidos quia Ecclesiam Sanctam pro te habes: ut qui benedixerit tibi (Num., 24, 9) et ipse sit benedictus; et qui tibi male dixerit in maledictione reputabitur. Impii vero de terra perdentur (Pro., 2, 22) et qui inique agunt auferentur ex ea. Interpositi enim sunt qui obsistunt et quod timent impii (Prov., 10, 24) super eos veniet. Accelera ergo Rex maxime, et spolia detrahe: nam qui possidet, occidit et non dolet. Lacrymae eorum irrigant terram et ululatus eorum nubes penetrant coelos. Infatua Domine, consilia eorum et filii eorum non subsistant et acquisitiones eorum projice ut stercora.*

24. *Duae fuerunt sorores, filiae unius matris (Ezech., 23) Oolla et Ooliba. Samaria et Jerusalem fornicariae fuerunt. Fi-*

de Dios y serías repudiado por ella y arrojado sin posesión, deshonorado del mundo (*Rut.*, 4).

23. Lejos, pues, sea esto de ti porque tienes un título de belleza extraordinaria. Ofrece a Dios Nuestro Señor (1.º *Esdras*, 6, 10) oblationes diarias rogando por la vida de nuestro gran Rey Felipe y de su hijo, como se te mandó por el Señor y para muestra de los demás. No temas, pues, a los desleales, porque tienes a la Santa Iglesia en tu favor: de modo que aquel que te bendijere (*Números*, 24, 9); también él mismo sea bendito, y quien te maldijere entrará en la maldición. Porque los impíos (*Proverbios*, 2, 22) serán exterminados de la tierra y los malhechores arrancados de ella. Porque los que se te oponen se engañan y le sobrevendrá al impío el mal que está temiendo (*Proverbios*, 10, 24). Conque date cuanta prisa puedas, oh Rey, y hazte con sus despojos, pues quien posee mata sin sentir dolor, sin que de ello le vengan malas consecuencias. Sus lágrimas riegan la tierra y sus aullidos rasgan las nubes y sus gritos atraviesan los cielos. Haz, Señor, que la necesidad reine en sus consejos y que perezca su casta, esparciendo tú, como si fuera montón de estiércol, todo cuanto granjearan.

24. Hubo dos hermanas, hijas de una misma madre (*Ezequiel*, 23). Llamábanse Oolla y Ooliba. Samaria y Jerusalén se

liae unius matris et sub uno Pastore sunt sorores HISPANIA ET ITALIA; non tamen fornicariae ut illae quae negoverunt Deum suum et recesserunt a Domino suo. Istae autem Fidelissimae et Virgines sunt nec hubera virginitatis earum fregerunt alieni. Complectuntur se et diligunt se et in benedictione erunt et perseverabunt. Maledictus a Deo qui sorores disturbat; et in stuporem sit qui zizaniam disseminat. Unus est Deus et unus Pastor; una Ecclesia et unus grex. Non est tyrannus Rex tuus, o Hispania, nec impiè agit contra Deum sicut Turcharum. Non est crudelis ut istae, nec est immanis prout est quem sileo. Turbabitur nomen eius et fama eius repondebit. Pereat iniustus (Eccl., 10, 9-10) qui pecuniam diligit et abscondatur de terra quia vendit animam suam.

25. *Benedictus Rex qui iudicat in veritate (Pro., 29, 14) pauperes: thronus eius firmabitur in aeternum. Nunc sileo et aliquando loquar; sub aenigmatibus sunt quae profert anima mea. Nonne haec considerata sunt et praecavenda in futurum...*

26. *Haec autem praeventiones in futurum, universae mundi gentes ex eo faciunt quod experientia et notitia praeterito-*

prostituyeron. Hijas de una misma madre y regidas por el mismo pastor son las hermanas España e Italia. Sin embargo, no se prostituyeron como aquéllas, que negaron a su Dios y apartáronse de su Señor, pues éstas son fidelísimas y se han conservado vírgenes y el extrañío no rompió los senos de su virginidad. Se abrazan y se aman y serán benditas y como tales perseverarán. Maldito de Dios quien siembre el desasosiego entre las hermanas, y caiga en la estupidez quien esparce la cizaña. Un solo Dios y un solo pastor; una sola Iglesia y un solo rebaño. No es tirano tu rey, ¡oh, España!, ni obra impiamente contra Dios como el de los turcos; no es cruel como ése, ni despiadado como el que callo; métanse con su nombre, y su fama les responderá. Perezca el injusto (*Eccl.*, 10, 9, 10) que codicia el dinero y sea de la tierra arrancado, pues negocia con su propia alma.

25. Bendito sea el rey que hace justicia a los pobres, según la verdad (*Proverbios*, 29, 14). Su trono quedará para siempre bien cimentado. Ahora guardo silencio y alguna vez hablaré. Con un velo queda envuelto lo que digo. ¿Acaso todo esto no debe en el porvenir ser objeto de reflexión y oportuno remedio?

26. Estas reflexiones sobre el porvenir las hacen en todas las naciones del mundo con el saber acumulado por la expe-

rum addiscunt. Itaque qui expertus non est (Eccl., 34, 9, 10, 11: De Justin. C. confir. Parag. Sed cum sit. Proem. inst. parag. Cumque hoc: C. quam sit. in princ. de electio. in 6, c. 3, de censib. eodem libro. Clement. I, de aetate et qualitate, Extrav. ad conditorem, de Verborum Significatu) parum vel nihil discit. Leges etiam humanae requirunt experientiam eius circa quod quisque versatur. Qualiter disponderet milites qui penitus ignorat militiam. Mirabile humanum ius quod experientia didicit, experientiam esse matrem rerum. Sed licet istae praeventiones, secundum artis et naturae modum, sint omnibus mundi gentibus communes: in qualibet earum parte fraudis et deceptio apparet, propter omnium sensibilibus inconstantiam et corruptibilem finem. Rex Syrorum (4.º Rey., 6) confidebat non modicum in insidiis quas posuerat contra Israel, sed fefellit eum praeventio et vane deceptus est. Quid de potentia dicemus? Multum confidebat Lysias (I Mach., 3 et 4) quadraginta millia virorum et septuaginta millia equitum congregans, contra fortissimum Machaboeum qui tria millia virorum tantum habebat et hos vestibibus nudatos et armis. Tanta itaque erat Lysiae potentia, superbia et fiducia quod audientes mercatores regionum acceperunt argentum et aurum multum valde et venerunt in castra ut acciperent filios Israel in servos vilissimo pretio.

riencia y estudios de los antepasados. Por eso, quien no tiene experiencia (*Ecle., 34, 9, 10, 11*; De Justiniano Codice confirmando, § 1. Sed cum sit.—Premio de la Instituta, § 3. Cumque hoc Deo propitio.—Capítulo Quam sit Ecclesiis ipsarum dispendiosa vacatio, al comienzo, *De electione et electi potestate*, Liber Sextus.—Capítulo 3.º *De censibus, exactionibus et procurrationibus*, libro 3.º de Sextus, Clementinas, libro I, *De aetate et qualitate et ordine praecipendorum*. Extravagantes, *Juan, 22*, capítulo 3.º, ad conditionem.—De verborum significatione) poco o nada aprende. También las leyes humanas requieren la experiencia en el asunto en aquel que de él se ocupa. ¿Cómo ordenaría las masas de soldados quien fuera absoluto desconocedor del arte militar? Admirable es el derecho humano porque aprendió en la experiencia que la experiencia es la maestra de los negocios; pero aunque tales reflexiones acerca del futuro, arregladas a las normas del arte y a las facultades de la naturaleza, son patrimonio de todas las naciones del mundo, se presentan, sin embargo, en alguna parte de ellas el engaño y la ilusión debidos a la inconstancia de todo lo sensible y a la terminación corruptible de ello. El rey de los sirios (4.º Reyes, 6) tenía puesta no poca confianza en las estratagemas que había urdido contra Israel; pero, fallándole sus cálculos, engañóse vanamente. Y ¿qué diremos del poderío?

Mucho confiaba Lisias (1.º *Macabeos*, 3, 4) en sus cuarenta mil soldados y setenta mil jinetes reunidos contra el valentísimo Macabeo, que sólo tenía tres mil hombres de infantería, desprovistos de ropa y de armas. Tan grande era el poder de Lisias, su soberbia y confianza que, sabiéndolo los tratantes del país, tomaron gran cantidad de plata y de oro y llegaron al campo, para comprar como esclavos a los hijos de Israel, a precio baratísimo.

27. *Sed invencibilis Iudas victor evasit et inimici eius contriti sunt et potentia Lysiae confRACTA et impia praeventio fraudata, omnibus thesauris deperditis. Item impius Nicanor (2 Mac., 8) confidens in exercitu suo potentissimo contra fortem Machaboeum, misit ad maritimas civitates convocans omnes ad coemptionem iudaicorum mancipiorum, quos servos suos futuros indubitanter existimabat, promittens se nonaginta mancipia talento uno distracturum. Sed exercitus Nicanoris debile factus propter multitudinem mortuorum et vulneratorum, fugere compulsus est cum mercatoribus illis, pecuniis eorum per Machaboeum sublatis. Nemo igitur ob magnam potentiam, multa praeventiens superbiat confidens, quoniam Dominus Deus noster solus omnipotens est, qui humilia respicit et quasi calore (Esai., 25, 5) sub nube torrente propaginem fortium marcescere faciet.*

27. Pero el invencible Judas quedó vencedor y sus enemigos fueron machacados y aniquilado el poder de Lisias, y sus despiadados cálculos quedaron burlados, perdiendo todos sus tesoros. Igualmente el impio Nicanor (2.º *Macabeo*, 8) fiando en sus muy poderosas tropas para aniquilar al bravo Macabeo mandó a las ciudades de la costa emisarios, llamando a la feria de los prisioneros judíos, que ya sin duda posible reputaba como esclavos suyos, poniéndoles el precio de un talento por cada noventa prisioneros; pero el ejército de Nicanor, debilitado por el gran número de bajas entre muertos y heridos, tuvo que emprender la huida con los tratantes aquellos, cuyos dineros quedaron en poder de Macabeo. Así, pues, nadie confiando en su gran poderío se ensoberbezca haciendo proyectos, porque únicamente Dios Nuestro Señor es Todopoderoso y mira a los pequeños (*Isaias*, 25, 5) y como

calor de nube abrasadora hará que se marchiten y quemén los renuevos de los prepotentes.

28. *Universus Israel contra Gabaa (Judicum, 19 et 20) et Beniamin iustissimum constituit bellum quantum aliud fuit in universo usque in praesens. Sed et Israel potentissimus erat; Beniamin autem minimus coram eo. Item Israel proelium commisit Domino Deo id sibi dicente. Quomodo ergo Dominus Deus dereliquit eos quos ipse movit ad bellum et iniustus contra iustos dedit victoriam? Respondet Scriptura divina: Victus est Israel quia fortitudine et numero confidebat et sic oblitus est Dei qui misit eum. Quid ait Divina Scriptura contra Regem Asa? Quia habuisti (2 Paral., 16, 7) fiduciam in Rege Syriae et non in Domino Deo tuo; ideo evasit exercitus Regis Syriae se manu tua. Destructi enim sunt gigantes (Eccl., 16, 8-9) antiqui et in aquis demersi confidentes suae virtutis.*

29. *Secundum quae dicta sunt, cum naturalia per omnem modum sint fallibilia et caduca: nulla mundi gens ducem habebit a quo intelligere valeat praesentia ex praeteritis neque ex alio, neque certum adhibere praeventionem futuris. Nos autem fideles omnes, sub Eccle-*

28. Israel entero declaró la guerra contra Gaaba (*Jueces*, 19, 20) y Benjamín, tan justa como la que más lo haya sido en el mundo hasta nuestra época, pero Israel era poderosísimo, mientras Benjamín quedaba muy pequeño en comparación suya. Asimismo, Israel empezó la batalla mandádoselo Dios su Señor. ¿Cómo, pues, Dios su Señor abandonó a quienes El mismo incitó a la guerra, otorgando el triunfo a los malos contra los justos? Contesta la Divina Escritura: Vencido fué Israel porque confiaba en su fortaleza y mayoría numérica, y así olvidóse de Dios que lo mandara. ¿Qué dice la Divina Escritura contra el Rey Asa? Por cuanto pusiste la confianza (2.º *Paralipómenos*, 16, 7) en el Rey de Siria y no en el Señor tu Dios, por eso el ejército del Rey de Siria se te escapó de las manos. Pues así también los gigantes antiguos fueron aniquilados y ahogados en el agua, vanamente confiados en sus esfuerzos (*Ecle.*, 16, 8, 9).

29. Con arreglo a lo dicho, siendo las cosas naturales completamente falibles y caducas, ninguna nación del mundo tendrá una guía con la que pueda entender el presente por lo pasado ni por otra cosa, ni poder prevenir lo venidero con certeza; pero nosotros, todos los fie-

sia Sancta Romana, habemus infallibiliter haec et alia multis rationibus. Primo quae Fides Sancta nos docet principium et finem universorum; et per consequens horum media indubitata. Haec omnia manifestantur per Apostolum dicentem (Rom., 1, 20): Invisibilia Dei a creatura mundi, per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur. Igitur si haec ut media intelligimus; ea quae Dei sunt invisibilia intelligemus.

30. *Propter hoc necessarium est ordinem servare in omnibus, ut idem Apostolus ait (1 Cor., 14, 40). Qui ergo contentatur cum his, corruptibilem desiderat finem, et negat illum verum ad quem haec omnia sunt in ratione (Sep., 11, 21) disposita. Item omnes Christiani sumus verè peculium. (Exod., 19, 5; Deut., 7, 6 et 14, 2; Eph., 1, 13, 14; 1 Petr., 2, 9) et populus Dei in haereditatem regni ipsius, per redemptionem acquisiti; ut idem Dominus Deus testatur et de tali acquisitione gloriatur. Et per hoc omnia nobis tanquam amicis fecit aperta et nuda (Joan, 15, 14, 15; Lucas, 24, 27) revelans arcana infinita quorum exempla sunt in Sacris Bibliis; ut ex his vere sciamus praeterita, presentia non ignoremus, futuris autem medelam certissimam adhibeamus. Nam cum Deus sit immortalis et veritas infallibilis; per consequens non*

les sujetos a la Santa Iglesia de Roma, tenemos infaliblemente estas cosas y otras por muchas razones; primeramente, porque la Santa Fe nos enseña el principio y fin de todo y, por consecuencia, sus medios indudables. Todo esto nos lo manifiesta el Apóstol cuando dice (*Romanos, 1, 20*): *Las perfecciones invisibles de Dios después de la creación del mundo se han hecho visibles en sus criaturas.* Por tanto, si entendemos las criaturas como medio, las perfecciones invisibles de Dios se nos harán inteligibles.

30. Por eso precisa guardar el orden en todo, como dice el Apóstol (*1.ª Corintios, 14, 40*), pues quien se contenta con estas cosas desea un fin corruptible y niega aquella verdad para la que todas esas cosas están dispuestas en razón (*Sabiduría, 11, 21*). Asimismo, todos los cristianos somos en verdad cosa propia y pueblo de Dios en la herencia de su reino adquiridos por redención (*Exodo, 19, 5; Deuteronomio, 7, 6; 14, 2; Efesio, 1, 13, 14; 1.º Pedro, 2, 9*) como el mismo Dios Nuestro Señor lo atestigua y se gloria con tal adquisición y por esto nos mostró como amigos todas las cosas abierta y claramente (*Juan, 15, 14, 15; Lucas, 24, 27*) revelándonos los infinitos y profundos secretos que son de ver en los libros sagrados, para que por ello sepamos con verdad el pasado, no desconozcamos el presente y pongamos certísimo

errabit qui semper Deo cohaeret. Deus autem in Ecclesia veritatis semper est (C. unam sanctam, Extravag. Communes. De mai. et obedi.) extra quam non invenitur. Unde qui extra Romanam Ecclesiam manet, peribit in mendacio deceptus; nec se neque alios intelligit nec nos aliquando capit. Scriptum est enim (Pro., 4, 19): Via impiorum tenebrosa et nesciunt ubi corrumpant. Fideles autem Dei cognoscunt veritatem quam possident et per eam universorum fallaciam. Haec nos mirabiliter docet Apostolus dicens (I Cor., 2, 15):

31. *Spiritualis omnia iudicat et ipse a nemine iudicatur. Exemplum habemus in figura mirabile. Abraham a Deo vocatus, universam promissionis terram cum uxore peragravit, ac etiam infidelium Arabiam et Aegyptum. Terra promissionis civitas Dei est et regnum Dei; infidelium vero civitas Diaboli et Infernus. Abraham et uxor eius, Christus et Ecclesia. Abraham igitur cum uxore ut spiritualis utrumque coelum videlicet et infernum. Infideles vero nec se nec spiritum Abraham, neque regionem suam ut terrenam et saevanicam usque ad interitum agnoverunt. Est et alia figura satis aperta. Dum contenderet*

remedio a lo venidero, pues siendo Dios inmortal y verdad infalible, no errará, por consiguiénte, quien esté unido siempre a Dios, pues Dios siempre está en verdad con la Iglesia (Constitución Unam sanctam. Extravagantes comunes de mai. et obedi.) fuera de la cual no se encuentra. Por tanto, quien siga fuera de la Iglesia Romana parecerá engañado en la mentira; ni a sí mismo se entiende ni a los demás, y a veces ni nos comprende porque está escrito (*Proverbios, 4, 19: El camino de los impíos está lleno de tinieblas y no advierten el precipicio en que van a dar de bruces*, pero los fieles a Dios conocen la verdad que poseen y por ella el engaño de todos. Esto nos lo enseña admirablemente el Apóstol cuando dice (*1.ª Corintios, 2, 15*):

31. *El hombre espiritual discernie o juzga de todo y nadie que no tenga esta luz puede a él discernirle. Tenemos un ejemplo en una figura admirable. Abraham, llamado por Dios, recorrió toda la Tierra de promisión con su esposa y también de tierra de infieles la Arabia y Egipto. La Tierra de promisión es la Ciudad de Dios y el Reino de Dios; pero la Ciudad de los infieles es del Diablo y el infierno. Abraham y su esposa; Cristo y la Iglesia. Abraham, pues, con su esposa como espiritual conoció a los dos: el Cielo y el infierno. Pero los infieles ni a sí mismos, ni el espíritu de Abraham, ni su país como terrenal*

Moyses contra Pharahonem in Aegypto, misit nonam plagam quae fuit tenebrarum (Exod., 10 ex 21) super Pharahonem et populum suum. Populus autem Dei qui erat in terra Gessen, solis lucem semper habebat; quia semper manebat Fidelis in Deo. Propterea Israel, se illustratum a Sole cernebat et Aegyptios in tenebris offuscatos videbat. Aegypti in tenebris obcoecati nec se nec populum Dei videre potuerunt. Et ex hoc dixit Moyses contra incredulos (Deut., 28, 28-29): Percutiat te Deus amenitia et coecitate ac furore mentis; et palpes in meridie sicut palpare solet coecus in tenebris et non dirigas vias tuas.

32. *Et Job contra mundi sapientes qui in suis scientiis praesumentes arguunt contra veritatem ait (5, 14): Per diem incurrent tenebras et quasi in nocte sic palpabunt in meridie. Est et sequens profundissima figura; Joannes in revelationibus nemini Prophetarum secundus ait: Vidi quintum angelum qui tuba cecinit (Apoc., 9) et vidi stellam de coelo cecidisse in terram et data est ei clavis putei abyssi. Et aperuit puteum abyssi et ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magnae et obscuratus est sol et aer de fumo putei.*

y satánico conocieron hasta su muerte. Hay también otra figura bastante clara. Mientras discutía Moisés en Egipto contra Faraón, envió la novena plaga, que fué de tinieblas (*Exodo*, capítulo X, desde el versículo 21) sobre Faraón y su pueblo; pero el pueblo de Dios estaba en la tierra de Gessen y vió siempre la luz del sol, porque siempre permaneció fiel en Dios. Por eso Israel se veía iluminado por el sol y contemplaba a los egipcios cegados en las tinieblas. Los egipcios entenebrecidos y sin vista, no podían verse ni a sí mismos ni al pueblo de Dios. Por esto dijo Moisés contra los incrédulos (*Deuteronomio*, 28, 28-29): *Te castigará Dios con la locura y la ceguera y el frenesí o delirio, de suerte que andarás a tientas en mediodía como suele andar el ciego rodeado de tinieblas, y no podrás regir tus caminos.*

32. Y Job dice (5, 14) contra los sabios del mundo que, presumiendo en sus ciencias, argumentan contra la verdad: *Durante el día andarán a tientas como si fuera de noche.* También la siguiente figura es profundísima. San Juan, que no le va en zaga en sus revelaciones a ninguno de los Profetas, dice (*Apocalipsis*, 9): *Vi un quinto ángel que tocó la trompeta y vi una estrella caída del Cielo a la Tierra, y diósele la llave del pozo del abismo, y abrió el pozo del abismo, y subió del pozo un humo como humo de un gran*

Angelus annuntiatio est (Ezech., 33, 67) quam Deus mittit hominibus ad salutem: tuba autem annuntiationis vox quae nos ad bellum praeparat, contra inimicos Dei et Ecclesiae Suae Sanctae. Stella (Dan., 12, 3) quae de coelo cecidit est Christianus aliquando doctus et ut impudens se a Fide subtrahens, ab Ecclesia discessit; et sic ut doctus fuit stella; et cecidit de coelo, idest de Ecclesia, in terram, idest in terrenis abominationibus et haeresim Lutheranam. Clavis abyssi est execranda potestas quae data est ei a potentatibus Germaniae, ut interpretaretur (2 Petr., 3, 16) Scripturam in sensu corrupto et indocto, credentibus ei. Abyssus, infernus est. Puteus vero, profunda superbia Luciferi, a quo sumpsit audaciam pertinax inimicus contra Ecclesiam veritatis.

horno, y oscureciéronse el sol y el aire con el humo del pozo. El Angel es el aviso (Ezequiel, 33, 27) que Dios manda a los hombres para que se salven; la trompeta es la voz anunciadora que nos prepara para la guerra contra los enemigos de Dios y de su Santa Iglesia; la estrella (Daniel, 12, 13) que cayó del Cielo es el cristiano instruido que algunas veces desvergonzadamente se aparta de la fe, dejando de lado a la Iglesia; y lo mismo que el instruido fué la estrella que cayó desde el Cielo, o sea desde la Iglesia a la tierra, es decir en las mundanales abominaciones y en la herejía luterana; la llave del abismo es el maldito poder que fué dado por los Príncipes de Alemania para que declarara la escritura (2.^a Pedro, 3, 16) en un sentido pervertido e indocto a los que le creían; el abismo es el inferno, y el pozo es la soberbia inmensa de Luzbel, de quien tomó atrevimiento el terco enemigo contra la Iglesia de la Verdad.

33. *Fumus qui de puteo ascendit est abominanda eius doctrina quae penetrat intellectum sicut fumus cerebrum. Fornax magna (Jerem., 1, 13, 14) puteus Lutheri est a quo tanquam fumus ex fornaci ardenti exibant ingentia crimina et peccata in abominationem ardentia, quae oculos intellectus immundorum obcoecabant. Obscuratus est sol et aer de fumo putei. Sol, Ecclesia Sancta est illustrans mundum (ut videbimus in hac prima*

33. El humo que subió del pozo es su abominable doctrina, que penetra la inteligencia como el humo en el cerebro. El gran horno (Jeremías, 1, 13, 14) es el pecho de Lutero, del que salían como humo de un gran horno enormes crímenes y pecados inflamados, abrasados de abominación, que cegaban los ojos a las inteligencias impuras. Oscurecióse el sol y el aire con el humo del pozo. El sol es la Santa Iglesia dando luz al mundo (como

parte); aer autem flatus siue doctrina Ecclesiae est. Fumus igitur Lutheranae doctrinae adeo fuit obscurus quod in omnibus Aquilonis partibus in quibus eam receperunt, turbati sunt oculi intellectus eorum adeo quod ut coeci videre non poterant doctrinam Ecclesiae Sanctae Romanae; nec poterant flatum doctrinae Ecclesiae Sanctae recipere. Et nota quod doctrina Ecclesiae Sanctae dicitur aer: quia circuit orbem (Psalm. 18, 5; Rom., 10, 18) et permanet in orbe. Doctrina haereticorum dicitur fumus quia in superbiam ascendens, brevissimè redigitur in nihilum (Actor., 5, 38). Ergo haeretici in Aegypto, siue in angustiis argumentorum positi, non possunt videre Ecclesiam Dei Sanctam, neque eius splendorem; et per consequens nec se ipsos in coecitate intelligere. Coecus enim nec se nec alium videt: qui autem videt et se et coecus comprehendit. Et sic omne mendacium a veritate indicatur...

34. *Universa autem omnia (Fide Sancta mediante) per utrunque testamentum verè intelliguntur: quia tanquam digito demonstrat certitudinem veritatis. Itaque qui non credit (Esai., 7, 9) in veritatem in ipsa manere non potest: et ab ea recedens, nihil intelliget. Non enim mendacium est, ens ut ex eo indu-*

veremos en esta primera parte) y el aire es el soplo o doctrina de la Iglesia. El humo, pues, de la doctrina luterana fué tan negro en todos los países nórdicos donde fué admitida, que perturbó los ojos de las inteligencias de manera que, ciegos, no podían ver la doctrina de la Santa Iglesia Romana ni podían recibir el soplo doctrinal de la Santa Iglesia. Repara en que la doctrina de la Santa Iglesia se dice aire o atmósfera que envuelve el globo (*Salmo, 18, 5; Romanos II, 18*) de una manera continua en el mundo. La doctrina de los herejes se dice humo, porque subiendo en soberbia, en corto tiempo es conducida a la nada (*Hechos, 5, 38*). Por tanto, los herejes en Egipto, o sea colocados en la estrechez de los argumentos, no pueden ver la Santa Iglesia de Dios ni su resplandor, y, por consiguiente, no pueden entenderse ni a sí mismos siquiera en su ceguedad, pues el ciego ni a sí mismo ni a otro ve; pero quien tiene vista se comprende a sí mismo, incluso siendo ciego. De esta manera toda mentira es discernida por la verdad.

34. Todas las cosas (por medio de la Santa Fe) pueden entenderse verdaderamente en ambos testamentos, porque demuestran al dedillo la certidumbre de la Verdad. Y asimismo quien no cree en la Verdad (*Isaias, 7, 9*) no puede permanecer en ella, y apartándose de la misma nada entenderá. Porque la mentira no

catur scientia. Qui autem verè crediderit, se obligatum ostendit (Exod., 13, 9; Deut., 6, 5, 6, 7, 8, 9; Pro., 7, 2, 3) ad inquerendum piè et obediendum Fidei mandatis: ut Spiritus veritatis nos docet. Haec autem omnia, a principio usque in finem, plenissime in Sacris Bibliis inveniuntur. Unde a Spiritu Sancto docemur dicente:

35. *Non recedat volumen (Josue, 1, 8) legis huius ab ore tuo; sed meditaberis in eo diebus ac noctibus ut custodias et facias omnia quae scripta sunt in eo; tunc diriges viam tuam et intelliges eam. Ut igitur omnia quae facimus dirigantur oportet, cum Fide, humilitate et Zelo adire Sanctos Prophetas et Scripturas Sacras inquirere: non autem per fallaciam mundi, more gentium (Jerem., 10, 2). Igitur nullus miretur ex his quae cotidie eveniunt. Ochozias Rex (4 Reg., 1) Israel, relicto Deo vero, misit consulere Belzebub deum Accaron: propter quod vitam inopinatè amisit. De anima autem tu considera. Superbi prophetabant mendacium (Jere., 5, 31; 3 Reg., 22) quid autem ex eo eveniebat, tu inquirere ex Sacris Bibliis.*

36. *E contra Daniel, cum humilitate et zelo Prophetas Sanctos legebat, et assidue in eis pernoctabat, diligentius quam Ge-*

es cosa para sacar de ella ciencia; pero quien creyere de veras se presenta obligado (*Exodo*, 13, 9; *Deuteronomio*, 5, 6, 7, 8 y 9; *Proverbios*, 7, 2, 3) a investigar piadosamente y obedecer los mandatos de la fe según nos enseña el Espíritu de Verdad. Todas estas cosas desde el comienzo hasta el cabo se encuentran latamente en los Libros Sagrados. En donde el Espíritu Santo nos adoctrina diciendo:

35. No se aparte el libro de esta ley (*Josué*, 1, 8) de tu boca, pues reflexionarás sobre él de día y de noche para guardar y cumplir todo lo que en él está escrito y de esta manera entenderás tu camino y le entenderás. Así, pues, para que se enderecen todas tus acciones conviene ir a los Santos Profetas e inquirir en las Sagradas Escrituras con fe, humildad y salud pura, no con los engaños del mundo a estilo de los profanos (*Jeremías*, 10, 2). Así, pues, nadie se extrañe de los acontecimientos de cada día. El Rey de Israel Ocozías (4.º, 1), abandonando al Dios verdadero, mandó a consultar a Belzebú, Dios de Accarón, por lo cual perdió la vida repentinamente. Y considerad cuál sería la suerte del alma. Los soberbios profetizaban mentiras (*Jeremías*, 5, 31; 3, 22) y consulta tú en los Libros Sagrados lo que con ellos sucedió.

36. Al contrario, Daniel leía con celosa humildad los Santos Profetas y con toda asiduidad pasaba en su estudio las noches

lius in Atticis. Et per hoc Daniel meruit (Dan., 9, 2, 23 et 10, 11) Angeli nuntium et futurorum visiones et vir desideriorum nominari. Ut autem Dominus Deus ad lectionem Sacrorum Bibliorum induceret homines ait: Postquam autem sederit Rex in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine excipiens exemplar a sacerdotibus Leviticæ tribus, et habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, ut discat timere Dominum Deum suum et custodire verba et caerimonias eius quæ in Lege scripta sunt; ut longo tempore regnet ipse et filius eius. Nota perpetuò causam regnandi tempore longo. Nota quod via placendi Deo invenitur per continuum lectionem Sacrorum Bibliorum. Non ergo per libros mendaces et impios. Nota perpetuò quod Sacra non sunt intelligenda ad libitum, sed secundum exemplar. Item non exemplar istius vel illius, sed Sacerdotum. Et sic exemplar Sacrorum sumendum est, ab Ecclesia Sancta Romana in qua sola est verum et legitimum Sacerdotium. Et sic adimplebitur quod scriptum est per Prophetam dicentem: Beati qui scrutantur testimonia Domini (Psalm. 118, 2) in toto corde exquirunt eum. Sed finis noster dirigitur ad summa et usque ad ipsum Deum quietem non habet ut videbimus.

con mayor diligencia que Gelio en las Áticas. Y por esto mereció Daniel (9, 23 y 10, 11) el aviso del Angel y la visión del porvenir y ser llamado el varón de los ardientes deseos. Y para mover Dios Nuestro Señor a los hombres a que lean los Libros Sagrados, dice: Luego que el Rey se sienta en el trono de su reino, se hará escribir en un volumen el Deuteronomio de esta Ley, tomando el ejemplar de los Sacerdotes de la tribu de Leví, y tendrálo consigo leyéndolo todos los días de su vida para que aprenda a temer a Dios su Señor y guardar sus palabras y ceremonias que están escritas en la Ley; para que El mismo y su Hijo reinen durante largo tiempo. Fíjate de continuo en la causa de los prolongados reinados. Fíjate en que el camino para agradar a Dios se encuentra leyendo continuamente los libros santos y no ciertamente los libros embusteros e impios. Fíjate bien en que la Sagrada Escritura no se ha de entender caprichosamente, sino con arreglo al texto ejemplar. Y asimismo considera que dicho ejemplar no es el de éste ni el de aquél, sino el de los Sacerdotes. Y por ello el ejemplar de los libros sagrados se ha de escoger de la Santa Iglesia de Roma, en la que únicamente se encuentra el verdadero legitimo sacerdocio. Así se cumplirá lo escrito por el Profeta cuando decía: *Dichosos quienes escudriñan cuidadosamente los testimonios del Señor; quienes de todo corazón le*

37. *Ergo alienum est a professione nostra contentori cum his quae cuique ad humanae commodum vitae et utilitatem sufficiunt. Nam praeterita (4 Esdr., 4, 5) iam non sunt et vita corporalis cum omnibus in momento pereunt: et omnia cum ipso mundo exurentur (Psalm. 96, 3; Soph., 1, 18 et 3, 8; 2 Petr., 3, 10). Quae autem speramus novissima immutabilia sunt et permanent in aeternum. Cum igitur praeterita omnia sint praesentia nos docent futurorum praeventiōnem. Non talis praeventio finaliter pro his fiat quae deficiunt sed pro his quae non mutantur. Hoc autem fieri nullo modo potest nisi ab eo qui spiritalis est per Sanctam Fidem, qui solus omnia indicat et ipse a nemine indicatur (1 Cor., 2, 15). Secundum quae Fidei quadam ratione adstringimur, ad considerandum ea quae nobis Dominus Deus prae ceteris nationibus mundi fecit. Firmavit nos (Hebr., 11, 1, 6; 1 Tim., 2, 15) pro fundamento in Fide Sancta sub Ecclesia infallibili. Et sic non sumus sicut aliae gentes quae Deum ignorant.*

buscan (Salmo 118, 2). Pero nuestro fin se encamina a lo más alto, y hasta llegar al mismo Dios no tiene sosiego, como será de ver.

37. Porque es impropio de la fe que profesamos contentarnos con lo que a cualquiera baste para comodidad y provecho de la vida humana. Pues el pasado (4 Esdras, 4, 5) ya no existe y la vida del cuerpo, junta con todo, en un momento se pierde; y todas las cosas se abrasarán con el mismo mundo (Salmo 96, 3; Sabiduría, 1, 18 y 3, 8; 2.º Pedro, 3, 10). Las postrimerías que aguardamos son inmutables y permanecen en la Eternidad. Y siendo, pues, todo el pasado trasunto del presente, así también el presente nos enseña la marcha del porvenir. Pero semejante enseñanza de lo verdadero no se hará definitiva en las cosas defectibles, sino en aquellas que están exentas de toda contingencia. Esto no puede hacerse en modo alguno sino por quien sea espiritual en virtud de la santa fe, y quien únicamente discierne todas las cosas y El mismo por nadie podrá ser discernido y juzgado (1.º Corintios, 2, 15). Con arreglo a esto estamos obligados por cierta razón de fe a reflexionar sobre lo que Dios Nuestro Señor nos hizo sobre las demás naciones del mundo. Nos asentó como en cimiento en la Santa Fe (Hebreos, 11, 1, 6; 1.º Timoteo, 2, 15), bajo la Iglesia Infallible. Y por eso no somos como los demás pueblos, que desconocen a Dios.

38. *Dedit nobis et Regi nostro speciale nomen Catholici; ut sit Fidei Sanctae universalis defensor et aeternae veritatis acerrimus propagator. Ipse est ignis comburens impios: ipse est flamma consummens universas haereses mundi; et est infidelium omnium durissimus propugnator. Et poterit dicere sicut David (1 Reg., 2, 8). Igitur si vaecordes iudicari nolumus gratias Deo semper pro omnibus agere debemus et finem debitum expectare in omnibus. Et ultra id considerare (ut diximus) unde (Luc., 1, 43) et ad quem finem tantum nomen nobis est inditum, ut Catholici nominemur in capite.*

39. *Absque dubio omne donum a Deo est (Jacob, 1, 17); Auth. consti. quae dign. paragr. Illud quoque) ut et Lex confiteatur humana. Ad quem finem sine dubio est, ut filii Dei nominemur (1 Joan, 3, 1, 2) et simus in vitam aeternam. Maxime quia sumus in tempore rigido, inter multas confusiones. Ergo alienum a iusto dicere; Contentus sum cum his quae possideo et haec mihi sufficiunt. Dominus enim Deus non tibi dedit haec ut absolute possideres: sed ut possidendo (Eccl., 14, 16) committeres debita (Matth., 25 ex 14) distributione. Sed cum a capite membra debeant denominari (C. cum in diversis. Dig. De relig. et sump. fun. C. mag-*

38. Nos dió a nosotros y a nuestro Rey título especial de católicos, para que seamos universales defensores de la Santa Fe y propagandistas acérrimos de la verdad eterna. El, nuestro Rey, es el mismo fuego que abrasa a los impíos, la misma llama que consume todas las herejías del mundo y es el durísimo adversario de todos los infieles y podrá decir como David (1.^o Reyes, 2, 8). Así, pues, si no queremos que nos tengan por fatuos, debemos dar siempre gracias a Dios por todo y aguardar el fin debido en todas las cosas. Y además de esto reflexionar, como dijimos, sobre el origen y el fin para el que se nos otorgó título tan grande (Lucas; 1, 43) como es el de llamarnos católicos en nuestro propia Cabeza.

39. Sin género alguno de duda, toda dádiva viene de Dios (Santiago, 1, 17; auténticas, Const. Quae dign. § Illud quoque), como confiesa la misma ley humana, a cuyo fin sin duda está el que seamos llamados hijos de Dios (1.^o Juan, 3, 1, 2) y lo seamos efectivamente en la vida eterna; principalmente porque nos hallamos en una época difícil, en medio de muchos barrullos. Impropio, por tanto, es de un justo decir: Conténtome con lo que poseo y esto me basta, pues Dios, Señor, no te dió esto para que lo poseas en absoluto, sino para que, poseyéndolo (Eclesiástico, 14, 16), lo inviertas en justa distribución (Mateo, 25, desde el 14). Pero

nae de voto) oportet nos cum Philippo (Patre et filio) aequitres et militares, fortes in Domino esse: ut qualis Rector est civitatis, tales simus et habitantes in ea. Si ergo ipse Catholicus est, nos quomodo nominabimur? Si autem nominamur cum capite; pugnemus ultro contra inimicus Dei nostri cum capite. Nonne Philippus magnus Rex noster Catholicus, hoc expetit et quaerit semper? Alias turpissimum esset et quasi in natura monstrum, inter caput (C. non decet 12. dist. c. acutius. 26 dist. c. Ecclesia, 35 dist) et corpus diversas constituere species, tanquam si alterum sine altero subsistere posset. Deserere autem nomen Catholici, turpissimum esset in quolibet nostri; et qui officium nominis deserit absque dubio et ipsius nominis se indignum reputat. Et Deus qui nihil facit frustra, ut vidimus, videretur dedisse nobis nomen Catholici frustra. Et tunc merito indignatus, transferret nomen nostrum (1 Reg., 15, 26, 27, 28) et possessiones nostras in alios, quod absit. Ubi ergo esset tunc Hispanorum nomen, fama et potentia? Essemus nudi (Nahum, 3, 5; Apoc., 3, 18) ignominiosi et turpes coram cunctis mundi gentibus et nationibus. Unge ergo, Hispania mater mea, oculos tuos collyrio ut videas. Unge oculos intellectus tui doctrinae veritatis et prudentiae ut aperiantur et videas quanta tibi fecerit Dominus Deus, ut enarres cuncta mirabilia eius per orbem. QUID AD NOS DE VENTRE QUI

debiendo los miembros tomar su nombre de la Cabeza (C. cum in diversis. Dig: De religiosis et sumptibus funerum. C. magnae de voto), conviene que nosotros seamos como Felipe, padre e hijo, caballeros y militares, bravos en el Señor, para que cual es el Gobernador de la ciudad, tales seamos también los que moramos en ella. Si, pues, El personalmente es católico, nosotros ¿de qué modo nos habremos de llamar? Pues si nos llamamos con el Cabeza, sigamos batallando contra los enemigos de nuestro Dios, al lado de nuestro Cabeza. ¿Acaso nuestro gran Felipe, Rey Católico, no desea y busca esto siempre? De otra manera sería muy vergonzoso y casi naturalmente monstruoso establecer diversas especies entre la Cabeza (Capítulo non decet, distinción 12; Cap. acutius, dist. 26; cap. Ecclesia principes, dist. 35) y el cuerpo, como si lo uno pudiera mantenerse sin lo otro. Porque desertar del título católico sería cosa vergonzosísima en cualquiera de nosotros, y quien no cumple con el deber que le impone el nombre, sin duda alguna se reputa a sí mismo por indigno de dicho nombre. Y Dios, que nada hace en vano, como es de ver, parecería habernos dado en vano el nombre de católicos. Y, con justo enojo entonces, pondría nuestro título (1.º Reyes, 15, 26, 27, 28) y nuestras posesiones en poder ajeno, lo que ojalá no suceda. ¿Dónde estarían, pues, entonces el nombre, la fama y el

CORRUMPITUR CITO: *aut de mundi delitiis quae tanquam flos agri marcescunt et ad nihilum valent ultra? In ictu oculi comburentur haec omnia et tanquam favilla deficient* (Psalm. 96, 3; Soph., I, 18 et 3, 8; Job, 34, 15; 2 Petr., 3, 10; I Cor., 3, 12, 13). *Nos autem et filii nostri, primogenia, possessiones et universa haec in cinerem revertentur.*

poder de los españoles? Estaríamos desnudos (*Nehum*, 3, 5), cubiertos de vergüenza y de oprobio ante todos los pueblos y naciones del mundo. ¡Ponte, por tanto, España, patria mía, colirio en tus ojos para que veas! Cúrate los ojos de tu inteligencia con la doctrina de la verdad y de la prudencia para que se te abran y veas cuánto te hizo Dios, tu Señor, y pregones todas sus maravillas por el mundo. ¿Qué se nos importa a nosotros con el estómago, sujeto a muy pronta corrupción?, o ¿con las delicias mundanales, que se marchitan como flor del campo y para nada más sirven? En un abrir y cerrar de ojos, el fuego devorará todo esto. Y como centella se extinguirán estas cosas (*Salmo* 96, 3; *Sabiduría*, I, 16 y 3, 8; *Job*, 34, 15; 2.^a *Pedro*, 3, 10; 1.^a *Corintios*, 3, 12, 13). Nosotros y nuestros hijos, mayorazgos, bienes que poseemos y todas las cosas, volverán de nuevo a ser polvo y ceniza.

40. *Catholici vero nomen, in aeternum permanebit gaudens in Domino, habens retributionem a Deo. Noli ergo timere* (Isai., 43, 1, 2) *speciosa et rara: quia Deus redemit te, et vocavit te nomine tuo et suo, quia Domini Dei tui es tu. Si transieris per nationes et torrentes impiorum ebullientium, liberabit te. Quod enim timet impius eveniet ei* (Prov., 10, 24) *et desiderium suum dabitur iustis. Praepara mundum contra diabolum malum et contra filium perditionis semina Verbum*

40. Pero el nombre de católico permanecerá en todo tiempo gozando del Señor, teniendo de Dios su recompensa. No temas, pues (*Isaias*, 43, 1, 2), tú, única en belleza, porque Dios te redimió y te llamó con tu nombre y por el suyo, porque tú cres del Señor tu Dios. Si marchares entre naciones y torrentes hirviendo de impíos, te sacará incólume, porque lo que el impío está temiendo le sucederá (*Proverbios*, 10, 24) y su deseo seráles dado a los justos. Apresta el

Dei. Iam enim approximat impius et in lumbis humentibus incipit coagulari. Brevis consumptio eius accelerat; et universorum devoratio approximat. Serva nomen tuum perfectum: et gloriam tuam ne des alienis. Custodi Regem tuum Philippum magnum et fove filium eius ex toto corde tuo. Vivat Rex loquatur rara (1 Reg, 10, 25; 3 Reg, 1, 39); et Rex pacis in terra maneat semper. Qui recipit eum (1 Reg, 8, 7; Joan, 13, 20; 1 Thes., 4, 8) recipit Deum qui disposuit illum: et qui illum abjicit non subsistet quia adversator veritatis est. Vivat Ecclesia Sancta in brachio forti, quae sola est mundi caput Roma excelsa. Haec est mater mea et Domina mea; in brachiis matris meae transeat anima mea. Amen...

mundo contra el diablo malo y siembra la palabra de Dios contra el hijo de perdición. Porque ya se acerca el impio y en sus hinchadas espaldas los malos humores empiezan a cuajarse. Su pronto acabamiento viene de prisa y se acerca la destrucción universal. Guarda tu nombre perfecto, y tu gloria no des a los extraños. Mira por tu gran Rey Felipe y acata y sirve de todo corazón a su hijo. ¡ Viva el Rey!, grite España (1.º Reyes, 10, 25; 3.º Reyes, 1, 39) y que en la Tierra siempre sea el Rey de la Paz. Quien le recibe (1.º Reyes, 8, 7; Juan, 13, 20; 1.ª Tesalonicenses, 4, 8) recibe a Dios que dispuso del mismo y quien le arroje percerá, por ser contrario a la verdad. ¡ Viva la Santa Iglesia con su brazo fuerte! La única que es Cabeza del mundo, Roma, excelsa. Ella es mi Madre y mi Señora; en los brazos de mi Madre sea el tránsito de mi vida.

SECCIÓN DE HISTORIA DE LAS INSTITUCIONES.

TRANSCRIPCIÓN Y VERSIÓN CASTELLANA DE E. LUQUE.